

178 ANALECTA HASSIACA.

conditione, quod ego Th. predictus singulis annis de manso dicto alterum dimidium maldr. tritici & alterum dimidium filiginis & alterum dimidium ordei Mulhusensis mensure & sedecim solidos denariorum ejusdem monete me dare & solvere contingit: si autem me in predicta pensione negligentem sentirent & remissum, ex tunc ipsi cum manso dicto secundum quod decreverint ordinabunt. Hujus rei testes sunt viri fide penitus digni Dominus *Al.* plebanus in Nunheiligen, *Al.* ejus patruus. *Henricus Canis. Henemanus de Hervesleiben. Al. de Welspeche. Conradus de Cimmern. Henricus Milvus. Tilo Clepir* & alii quam plures fide digni. Ne aliquod dubium de tali tractatu oriatur presentem paginam sigillo strenui militis *Her. & Fr.* ejus fratris dominorum in *Nunheiligen* rogavi & feci roborari. Acta sunt hec anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo feria secunda post festum Trinitatis.

Num. XVIII.

Prepositus & conventus in Cruceberg concedunt usum fructum Bonorum quorundam in Goltpach Catharine, relicte Hartungi de Larbach. 1336.

Nos Johannes Prepositus, Elizabeth Abbattissa totusque conventus Sanctimonialium in Cruceberg recognoscimus publice per presentes,

sentes,
manfi
pach,
cet qui
filiginis
Erford
morte
memo
rine,
sue de
juxta
confer
rite &
marcis
ditis &
dicti n
venditi
randate
ptionib
secund
rarum
dens te
stris cre
sunt di
nigen
ve, Ch
tus M
aliis fid
mini n